VIXIT

Dilectissimus Confrater noster Adm. R. P. Bonifacius Hörzog Austriacus Kirchdorffensis annos spe nostra pau=ciores. Musices et suaviorum Musarum amasius tam in Orchestrâ, quam in humiliore Parnasso nostro Apostinem egit. Professor scilicet inferiorum et Chori regens omnia benefecit Bonifacius noster; cùm autem ab aliquo jam tempore sinistra affligeretur valetudine thermas Austriacas petiit, salutaribus illis fontibus sanitatem restauraturus: exinde Viennam redux insuper etiam Aesculapium adhibuit, sed frustrà; nam mali pertinacia omnem artem elidente brevi post nempè 1. Octob. Claustro-Neoburgi phrenesi repentè correptus, et S. tantum Unctione munitus inter vehementissimas convulsiones ex vita exiit. Vixit in Sacerdotio 6

In Religione 8 in mundo 31 annis,

Et mortuus eſt.

Rotulares breviter expedimus,

Quia defunctus noſter fors alibi

Jam ingemiſcit:

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.

Multum incola fuit

Anima mea

Ingemiſcentem unice recommendamus

Ad Officium Defunctorum.

Ad-

Admittite
Colendiſſimi DD. Confœderati,
Ut
Suggeramus vobis aliquid
Defuncti nomine, Pauli verbis:
Obſecro ergò Vos Fratres, per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, & per Charitatem S. Spiritus, ut adjuvetis me in Orationibus veſtris pro me ad Deum. Rom. 15.

Valete

Dabamus è Monaſterio Garſtenſi Ord. Sancti Benedicti,
~~ipſiſſimâ mortis~~
die 8 8bris 1760

Colendiſſimis DD. Confœderatis

Paulus Abbas

P. Maurus Prior et Conventus.

Sacro foederi sine mora satisfacient Cistercienses Schlierbaci · 18 8bris 760

Josephus Abbas
P. Constantinus Prior
et Conventus

Foedus adimplebunt Benedictini Cremifanenses
19 octobris 760.

Bertholdus Abbas.
P. Josephus Prior
et Conventus.

Piis manibus parentabunt ocyus Lambacenses.
19 8bris 760.

Amandus Abbas
P. Gotthardus Prior
et conventus.

Suffragia pro more foederis praestabunt Benedictini Lunelacenses
die 21 8br 760.

Bernardus Abbas
P. Bernardinus Prior
et Conventus.

Eadem ex mutui foederis obligatione
quamprimum persolvent San-Petrenses
Salisburgi: 22. octob: 1760.

Beda Abbas
P. Antonius Prior
et Conventus.

Etiam vota ex eodem foedere debita quam proxime deponimus.

Die 22 octob:
Anno 1760.

Coelestina Agnes Abbatissa
Claudia Bonaventura Priorissa
cum [illegible] conventu

Iusta quamprimum persolvent PP. Professores Confoederati
in Archiepiscopali Universitate Salisburgensi.

P. Gregorius Zallwein
Universit. Rector.

Satisfacient proxime Canonici Regulares ad S. Zenonem

Die 23 octob: 1760

Liberatus Propositus et Abbas Lateranensis

Christophorus Decanus et Capitulum.

Consueta suffragia proxime persolvent Benedictini Michaëlbeurani. 24 octob: 1760

Martinus Abbas

P. Anselmus Prior

et conventus

In Crastinum satisfiet in Altari Privilegiato à Cister:
ciensibus Raittenhaslacensibus

25. Octob: 1760

Rottula ad S. Vitum cis Rottham
occasione proxima securè dirigetur

Emanuel Abbas

P. Benedictus Prior

Et Conventus

Satisfiet Baumburgi. die 27 Obr: 1760.

Joachimus Prepositus
Archidiaconus Natus
et Abbas Lateranensis.

Joachimus Decanus
cum capitulo.

Consueta suffragia persolvent Benedictini
Seeonenses 27. Oct: 1760.

Augustinus Abbas

P. Benno Prior & Conventus

Rotula in Chiemsee P. Dnorum
proxime dirigetur.

Pariter Benedictini Attilenses.
Die 28 octob: 1760.

Dominicus Abbas

P. Leonardus Prior

et Conventus.